Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

11) Joan. XII, 6.

12) Matth. XIX, 27. Fuisse autem Apostoli pauperes, continentes, et obedientes en voto docent ~~S.S. Epiphanius haer. 78~~, Augustinus de Civ. l. 17, c. 4; ~~Chrysostomus in Matth. hom. 17~~; Bernardus tract. de Conversione in h.l. et Thomas 2a 2ae, q. 88, art. 4.

13) Marc. XV, 40, 41. Item Luc. VIII, 1: Et ipse iter faciebat per civitates et castella, praedicans et evangelizans regnum Dei: et duodecim cum illo, et mulieres aliquae, quae erant curatae a spiritibus malignis et infirmitatibus; Maria quae vocatur Magdalene, de qua septem daemonia ejecerat exierant, et Joanna uxor Chusae procuratoris Herodis, et Susanna, et alia multae quae ministrabant ei de facultatibus suis.

14) Factum id esse bona maritorum suorum venia signios habebant, venia, dubitare non licet. Caeterum hic non exigo, ut Mulieres, ipsae strictae Religiosae, seu virtutum monasticarum voto obstrictae fuisse, credas; sed ut earundem virtutum praxin et vitae communis originem jam inde ex Christi doctrina, exemplo ac institutione fluxisse, ~~nec confis~~ intelligas. Quamvis easdem virtutes a eisdem mulieribus post ascensionem Domini, missumque Spiritum sanctum voto firmatas esse, non incredibile videatur.

15) Jacobus de Voragine de S. M. Magdalena. Maria Magdalena, a Magdalo castro cognominata, clarissimis est orta natalibus, utpote ex regia stirpe descendentibus. Cuius pater Syrus, mater eucharia nuncupata est. Hae cum fratre suo Lazaro, et sorore sua Martha, magdalum castrum quod est secundo miliario a generaeth, et Bethaniam, quae est circa Ierusalem, et magnam Ierosolymorum partem possidebat. Quae tamen inter se omnia taliter diviserunt; quod maria magdalum, a quo et magdalena nuncupata est, et la-